270. Fragmentum decreti, a. 335/4[a]. — IG II² 331. E n. 272 infra Antiochidem decimam non tertiam prytaniam habuisse nunc agnovimus, quare ad init. vs. 2 δεκάτης pro τρίτης priorum supplet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 81, qui etiam in vs. 4 [πέμπτηι καὶ τριακοστῆι τῆς πρυταν]είας pro [ἑβδόμηι καὶ δεκάτηι κτλ.] exhibet et textum suum vss. 1/5 praebet. De titulo hoc ceterisque eiusdem anni vid. quoque W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 44/5.

---

271. Leges de rebus sacris conficiendis et instaurandis, anni eiusdem. — IG II² 333; SEG XVI 53. In vs. 13 nomen tribus Ἀντιοχίδος e n. 272 infra haustum supplet B. D. Meritt, *op. cit.*, 80.

---

272. Decretum generis incerti, anni eiusdem. — Vss. 1/7 tituli nondum editi, textum amicissime praebente G. A. Stamires, ut facilius menses et prytanias huius anni elucidaret, communicare potuit B. D. Meritt, *op. cit.*, 80. Lapis in Mus. Epigr. n. EM 13067 conservatur.

Στοιχ. 25.

[Θ] ε ο [ί].
[Ἐπ' Εὐαιν]έτου ἄρχοντος, ἐπὶ [τῆς]
[Ἀντι]οχίδος δεκάτης πρυτα[νεί]-
[ας ἧι] Πρόξενος Πυλαγόρου [Ἀχερ]-
[δούσ]ιος ἐγραμμάτευεν· Σ[κιροφ]-
[ορι]ῶνος ὀγδόηι ἐπὶ δέκα, [τ]ρ[ίτη]-
[ι κ]αὶ εἰκοστῆι τῆς πρυταν[είας]·
κτλ.

---

273. Archippus civitate donatur, a. 334/3[a]. — IG II² 336. Vss. 1/6 exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 82; cf. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 45/6. In vss. 3/4 Μνησίφιλος Μνήσω[νος Φαλη(ρεὺς) ἐγραμμά]|τευεν proposuerat E. Schweigert, *Hesperia* IX 1940, 341, coll. titulis eiusdem anni aliis. In vs. 2 [.ι.ηῖδος κτλ.] pro [Ἱπποθωντίδος κτλ.], et in vs. 21 τοὺς τῆς .ι.ηῖδος pro τῆς Ἱπποθωντίδος supplet Fordyce W. Mitchel, *TAPA* XCIII 1962, 227/9. Cf. n. 552 infra.

---

274. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — IG II² 335. Titulo huic frustulum EM n. 12773, quod breviter ediderat O. Broneer,

Hesperia IV 1935, 169/70 n. 32, c. im. ph. fig. 57, attribuit E. Schweigert, *Hesperia* IX 1940, 339/40, c. im. ph., et textum totum denuo ed., quem infra exhibemus. Vss. 1/8 praebet B. D. Meritt, *op. cit.*, 83; cf. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 46.

Titulum eundem exhibet A. N. Oikonomides, Πλάτων VIII 1956, 115 n. 6, qui *ibid.* 105/29 testimonia de Demade oratore epigraphica in unum colligit.

Στοιχ. 21.

[Θε]οί.
['Ε]πὶ Κτησικ[λέους ἄρχοντο]-
[ς], ἐπὶ τῆς Ἀκα[μαντίδος ἐνά]-
[τ]ης πρυτανε[ίας ἧι Μνησίφ]-
[ι]λος Μνήσ[ω]ν[ος Φαληρεὺς ἐ]-
[γ]ραμμάτευε[ν· Μουνιχιῶνο]-
[ς] ἕκτηι μετ'[εἰκάδας· ἐκκλη]-
[σ]ία· τῶν πρ[οέδρων ἐπεψήφι]-
[ζ]εν Δημο[κρ...ς Παιανιεύ]-
[ς· ἔ]δοξεν [τῶι δήμωι· Δημάδη]-
[ς Δ]ημέο[υ Παιανιεὺς εἶπεν]·
---

275. Amyntoris civitas, a. 334/3ª. — IG II² 405 eidem lapicidae et ecclesiae eidem atque IG II² 335 attribuit E. Schweigert, *loc. cit.*, qui textum ideo supplementis amplioribus augere potuit et versus exinde denuo numerandos esse monuit. Cf. B. D. Meritt, *op. cit.*, 83; A. N. Oikonomides, *loc. cit.*, 116 n. 9, qui quod suppleverat Schweigert praetermisit.

Στοιχ. 19.

['Επὶ Κτησικλέους ἄρχον]-
[τος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδο]-
[ς ἐνάτης πρυτανείας ἧι]
[Μνησίφιλος Μνήσωνος Φ]-
[αληρεὺς ἐγραμμάτευεν]·
[Μουνιχιῶνο]ς ἕ[κτ]η[ι μετ']
[εἰκάδας· ἐ]κκλ[ησ]ία· τῶ[ν π]-
[ροέδρων ἐ]πεψήφιζεν Δ[η]-
[μοκρ...ς Π]αια[ν]ιεύς· ἔδ-
[οξεν τῶι δήμ]ωι· κτλ.
---

276. Fragmentum decreti a Lycurgo propositi, a. 334/3ª. — IG II² 414*a*. Hoc fragmentum a fragmentis ceteris apud IG II² 414 collectis dissociandum esse monuit E. Schweigert, *Hesperia* IX 1940,

339/40, c. im. ph., et coll. nn. 274/5 supra anno, ecclesiae, lapicidae accuratius attribuere potuit. Textum eius non antehac in *Supplemento* nostro exhibitum, ut cum textibus ceteris huius anni conferas, exscripsimus. Cf. B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 83.

De IG II² 414 frr. *b*/*c* vid. n. 298 infra: IG II² 414 fr. *d* partem esse tituli IG II² 285 etiam notavit Schweigert.

Στοιχ. 21.

['Επὶ Κτησικλέους ἄρχοντο]-
[ς, ἐπὶ τῆς 'Ακαμαντίδος ἐνά]-
[της πρυτανείας ἧι Μνησίφ]-
[ιλος Μνήσωνος Φαλη(ρεὺς) ἐγραμ]-
[μάτευεν· Μουνιχιῶνος ἕκτ]-
[ηι μετ'εἰκάδας· ἐκκλησία· τ]-
[ῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν Δ]-
ημοκ[ρ...ς Παιανιεύς· ἔδο]-
ξεν τῶ[ι δήμωι· Λυκοῦργος Λ]-
υκόφρο[νος Βουτάδης εἶπε]-
ν· περὶ ὧ[ν Διότιμος ὁ στρατ]-
ηγὸς λέ[γει· ἐπειδὴ ἀποφαί]-
νει κρ[.....[13]..... γέγ]-
ονεν.....[17].....
αι.....[19].....

De concordia Lycurgi Demadisque hos per annos (cf. nn. 274/5 supra) vid. Fordyce W. Mitchel, *TAPA* XCIII 1962, 213-29. ‖ 11. De Diotimo vid. [Plut.], *Vit. X Oratorum* 844a; decretum in honorem eius a Lycurgo propositum idem esse ac honores hoc in textu conservatos urget Schweigert.

277. Proxenia Chii cuiusdam, a. 333/2*a*. — IG II² 339, fr. *a*; SEG XVI 54. In vss. 5/8 Μεταγε|ιτνιῶ]νος ἕκτ[ηι φθίνοντος, πέμ|πτηι κα]ὶ δ[εκάτηι τῆς πρυτανεί|ας ---] exhibet IG II²; cf. B. D. Meritt, *Hesperia* IV 1935, 532. ἕκτ[ηι ἐπὶ δέκα· ἐκκλη|σία κυρ]ίᾳ ἐ[ν-----] legerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 48; id quod reicit B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 48/50, 84, c. im. ph. fig. 1, ubi textum versuum 2/8 praebet et *delta* in vs. 7 (κα]ὶ δε[κάτηι) certum esse asseverat. Argumenta tamen eius robore carere urget Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 276/7 (cf. 393), c. im. ph. ectypi (inversa) pl. 21*a*. Ex imm. ph. doctissimorum amborum *delta* nobis probabilius videtur; sed sibi iudicet quisque lector.

278. Honores Archippi, anni eiusdem. — IG II² 336*b*, antehac a. 320/19*a* attributum, in hunc annum esse transferendum proponit Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 43. Approbat B. D. Meritt, *Hesperia*

XXXII 1963, 434/5; cf. eund., *The Athenian Year*, 1961, 119, ubi vss. 5/6 exhibuerat et titulum apud a. 320/19ª ordinaverat.

De anno extentius disserit Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 341/2, qui in vss. 6/7 reliquias nominis demotici scribae anni 333/2ª dispicit, et ideo πρυτ[ανείας ἧι Ἀρχέλας | Παλλ]ηνεὺς ἐγραμμά[τευεν supplet. Praeterea notat in hoc decreto longe ceterorum primo symproedros singillatim esse nominatos. In vs. 10 lectione accuratiore Τ̣ε[ιθράσιος ----] exhibet.

279. Theophanti proxenia, a. 332/1ª. — IG II² 344. De vss. 1/8 vid. B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 86, et vid. IG II² 368 (n. 280 infra).

Notat etiam Meritt, *Hesperia* XXXII 1963, 426, spatium medio in versu 12 vacuum esse requirendum, cum vss. 11/12, coll. IG II² 368,

[Πολύευκτος Σωστράτου Σφήτ]-
[τιος εἶπεν· ν̣ ἐπειδὴ Θεόφαντ]-
[ος κτλ.]

sint supplendi. Quae res ad argumenta de IG II² 383*b*, vs. 4, (n. 305 infra) a Meritt et Sterling Dow prolata non minime pertinet.

280. Eiusdem proxenia, anni eiusdem. — IG II² 368; SEG XII 88. Vss. 1/6 exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 86. De nomine Polyeucti, Sostrati f., Sphettii in vs. 8 supplendo vid. E. Schweigert, *Hesperia* VIII 1939, 33/4, et n. 320 infra; cf. etiam A. N. Oikonomides, Ὑπερείδου λόγοι I, 1958, 17, c. adn. 73.

281. Honores Dionysii, a. 331/30ª. — IG II² 363; SEG XII 89. Titulum hunc, anno 324/3ª in IG II² attributum, potius anno 326/5ª addixit B. D. Meritt, *Hesperia* X 1941, 48/9, c. imm. ph., qui textum novum protulit. Ceteris acceptis Πυα]νο̣[ψι|ῶνος.....[17].....] in vss. 4/5 et ---- τρίτ]η[ς κτλ.] in vs. 2 legerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 54/5. Nunc tamen in anno archontis Aristophanis collocat et supplementa nova profert Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 88/9, et textum eius infra exhibemus.

De litteris in vss. 3 et 4 a Meritt lectis valde dubitat Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 283/5, qui omnes incertas putat et supplementa in locis adeo difficilibus non esse temptanda urget.

Στοιχ. 29.

[Ἐπὶ Ἀριστοφάνους ἄρχοντος],
[ἐπὶ τῆς .....[10]..... ἑβδόμ]η[ς πρυταν]-
[είας ἧι Νικόστρατος Ἀρχέ]λεω [ἐκ Μυρ]-
[ρινούττης ἐγραμμάτευε· Ἀ]νθε̣[στηρι]-

[ῶνος ἐνδεκάτηι, τρίτηι τῆ]ς πρυ[τανε]-
[ίας· ἐκκλησία κυρία· τῶν π]ροέδρω[ν ἐπ]-
[εψήφιζεν .....[13].....]εύς· *vacat*
[ἔδοξεν] τῶι δήμω[ι· Πολύευκ]τος Σωσ[τρ]-
[άτου Σφ]ήττιος ε[ἶπεν· ἐπει]δὴ Διον[ύσ]-
[ιος κτλ.]

282. Histrionis cuiusdam honores, anni eiusdem. — IG II² 348. Vss. 1/7 secundum IG II² exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 90/1, qui in vs. 7 patronymicum demoticumque scribae e lectione sua apud IG II² 363 (n. 281 supra) supplet: in supplementum invehitur W. K. Pritchett, *op. cit.*, 283/5.

283. Honores Eudemi Plataeensis, a. 330/29ª. — IG II² 351 + 624; *Syll.*³ 288; M. N. Tod, *GHI* II 198. Textum exhibet, in linguam Gallicam reddit, commentarium breve praebet J. Pouilloux, *Choix d'Inscriptions grecques*, 1960, 40/2 n. 6. In vss. 6/7 de lectione lapidis non dubitat Pouilloux, quam pro errore lapicidae (qui ἐνάτηι | καὶ δεκάτηι loco ἐνάτηι | καὶ εἰκοστῆι scripserit) habuerunt priores; vid. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 50; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 91/4, qui vss. 1/7 exhibet. Errorem tamen non in die prytaniae sed in die mensis latere urget Meritt, et pro ἕ[νδ]εκά[τ]ηι Θαργηλιῶνος in vss. 5/6 ⟨νουμηνίαι⟩ Θαργηλιῶνος profert. Vid. tamen W. K. Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 323 adn. 40 (qui titulum eundem adducit 281 quoque).

284. Fragmentum decreti, a. 328/7ª. — IG II² 452; SEG XIV 56. Textum exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 95/6, ubi praecipue lectionem versus 4 tractat, et quamvis olim [ἐ]νάτε[ι καὶ εἰκ||οστεῖ legisset, *AJP* LIX 1938, 499, nunc quod exhibuerat U. Koehler probat et ipse e lapide μιᾶι κ̣[αὶ τριακ||οστεῖ haurit. In ectypis nihil videre potuerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 51, qui idcirco supplementum [πέμπτει καὶ δε||κάτει κτλ.] proposuerunt.

Rem nuper suscipit Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 281/3, 368, qui quod, ut videbatur, Meritt bis litteras omnino inter se discrepantes 'clare' vidisset in lectiones eius rationemque legendi invehitur. Praebet ipse delineationem versus 4 282 fig. 3 et im. ph. lapidis pl. 22*b*, ubi monente G. A. Stamires δ̣ε̣υ̣τ̣ε̣ - - - in lapide legendum esse urget.

Inter titulos symproedros exhibentes hunc quoque ordinat Sterling Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 335/65, et praecipue 348/50, et in loco incerto ex ectypis μι[ᾶ]ι κ̣- - - derivat. Anno denique post a. 315ª attribuere mavult Pritchett, *op. cit.*, 283.

Στοιχ. 36.

[Ἐπὶ Εὐθυκρί]του ἄρχοντος,
[ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδ]ος ἕκτης πρυτανε[ίας ⸗ ἧι Π]-
[υθόδηλος Πυθοδήλ]ου Ἀγνούσιος [ἐ]γρ[αμμάτευ]-
[ε· Γαμηλιῶνος ὀγδό]ει ἐπὶ δέκα, μι[ᾶ]ι κ[αὶ τριακ]-
[οστεῖ τῆς πρυτανε]ίας· ἐκκλη[σία κυρία· τῶν πρ]-
[οέδρων ἐπεψήφιζε]ν Πάμφιλο[ς] Φ[ηγούσιος· συμ]-
[πρόεδροι ..⁸.. Ἀ]λαιεύς, Ο----------
[---,---------- Χολ]λείδης, Α----------
[---,---------- Μ]ελιτεύς, Π----------
[----,---------- Οἰν]αῖος, Βοῦλ[ις Θοραιεύς· ⸗⸗]
[Λυκοῦργος Λυκόφρο]νος Βουτά[δης εἶπεν· . . .]
..¹⁸..ς ἐπιμε[λητη(?) ..⁸..]
..¹⁹.. ΣΓΕ/ ..¹³..

4. Alii alia protulerunt, de quibus vid. lemma nostrum. || 10. Vid. SEG XIV *loc. cit.* || 12/13. Reliquias accuratius dispexit Sterling Dow, qui de decreto in honorem epimeletae cuiusdam haesitanter cogitat.

285. Androcles, Aesculapii sacerdos, honoratur, a. 328/7ᵃ. — IG II² 354; *Syll.*³ 299; SEG XVIII 14. In vss. 5/6 π[έμπτει καὶ δεκάτ]ηι τῆς πρυτανείας suppleverunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 51/2; quod tamen coll. n. 284 supra reicit B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 96/7. Errorem enim lapicidae requirit, et ἕνηι καὶ νείαι π[ροτέραι, ⟨πέμπτει καὶ⟩ εἰκοστ]ῆι τῆς πρυτανείας mavult.

Rationem eius oppugnat Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 279/81, c. im. ph. ectypi pl. 22*a*, qui notat litteram ad finem vs. 5 incertam esse (cf. SEG XVIII *loc. cit.*). Si nihilominus *pi* legendum est, quod anno 1947 protulit iam praeferendum esse putat.

286. Memnonis honores, a. 327/6ᵃ. — IG II² 356; M. N. Tod, *GHI* II 199. In vss. 1/7 textum in IG II² exhibitum secuti sunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 52/3, nisi quod in numero prytaniae supplendo (vss. 2/3) τ]ε[τάρτης reiecerunt et [ὀγδόης ⸗] maluerunt. Re denuo suscepta ἐ]β[δόμης nunc profert B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 98/9. Quam lectionem vix esse accipiendam contendit Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 274/6.

De nomine scribae in vss. 3/4 partim conservato, [Αὐτοκλῆς Α]ὐτίου [Ἀχ]αρ[ν]ε[ύς], vid. Meritt, *Hesperia* III 1934, 4.

287. Eretriensis cuiusdam proxenia, anni eiusdem. — IG II² 357, vss. 3/5. Textum in IG II² exhibitum secuti sunt Pritchett et Neugebauer, *op. cit.*, 53/4, nisi quod δεκάτης πρυτανείας· Αὐ]τοκλῆς pro

ἕκτης πρυτανείας ἧι Αὐ]|τοκλῆς maluerunt; cf. Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 378. Supplementum tamen prius defendit B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 98; sed contra IG II² et Pritchett et Neugebauer annum non intercalarem fuisse asseverat et in vss. 5/6 ἔνηι κ[αὶ νέαι, τρίτηι τῆς πρυταν]|είας (pro ἐνάτηι τῆς πρ. priorum) supplet.

288. Honores quorundam, anni eiusdem. — Angulum superiorem a dextra stelae marm. c. aetomate, Agora inv. I 226, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* III 1934, 3/4 n. 5, c. im. ph. Ad vss. 3/4 supplementa nova ectypum perscrutati praebuerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 53.

Vss. 1/6 exhibet et supplementis prioribus reiectis lectionem novam versuum 3/4 profert Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 100/101. Sed lapide reviso quod antea proposuerat iterum defendit Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 273/4, c. im. ph. ectypi pl. 20*b*. Textum alterum a Meritt praebitum infra exhibemus, nisi quod locum dubium sine supplemento stare sivimus, et supplementa in adnotationem relegavimus.

Στοιχ. 33.

[Ἐφ' Ἡγήμονος ἄρχοντ]ος, ἐπὶ τῆς Οἰνηΐ[δος ἑ]-
[νάτης πρυτανείας] ἧι Αὐτοκλῆς Αὐτί[ου Ἀχ]-
[αρνεὺς ἐγραμμάτε]υεν· Μουνιχιῶνος ....
..... [16] ..... ἐνάτει μετ' εἰκά[δας· τ]-
[ῶν προέδρων ἐπεψή]φιζεν Πάμφιλος Π[αιαν]-
[ιεύς· ἔδοξεν τῶι δή]μωι· *vacat*
..... [17] ..... Θριά[σ]ιος εἶπ[εν· ἐπε]-
[ιδὴ..... [15] ..... ἐπ]ὶ [Ἡγ]ήμονο[ς ἄρχο]-
[ντος ..... [13] ..... εἰς] τὰς ἐπιμ[ελείας]

3/4. Μουνιχιῶνος· [ἐκκλ|ησία ἐν τῶι θεάτρωι]· ἐνάτει μετ'εἰκά[δας κτλ. Meritt (1934): Μουνιχιῶνος [δευτ|έραι, ἡμερολεγδὸν] δ' ἐνάτει μετ' εἰκά[δας κτλ. Pritchett et Neugebauer (1947), item Pritchett (1963): Μουνιχιῶνος· [πέμπ|τει τῆς πρυτανεία]ς· ἐνάτει μετ'εἰκά[δας κτλ. Meritt (1961).

289. Fragmentum decreti, a. 326/5ª (?). — IG II² 800 inter titulos nomina symproedrorum exhibentes ordinat et nova editione instruit Sterling Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 358/63, c. imm. ph. lapidis atque ectypi pl. 84. Annum quem supra scripsimus mavult, sed a. 314/13-311/10ª, vel etiam 309/8ª non esse reiciendos putat.

Vss. 1/5 *non*-Στοιχ. *c.* 29.
vss. 6/12 Στοιχ. *c.* 29.

[Ἐπὶ ..... [*c.* 9] ..... ἄρχοντος, ἐπὶ τῆ]ς Λεων-

[τίδος ἕκτης(?) πρυτανείας ἧι Κη]φισοκλ̲ε̣-
[ῆς -ἐγρα]μμάτ̣ε̣υ̣εν
. . . . . c. 21 . . . . . · ἐκκλησία·
[τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν Θε]όπομπος
[. . . . c. 8 . . : συνπρόεδροι c. 3]μένης Λ[α]-
[μπτρεύς: . . . . c. 9 . . . . Παια]νιεύς : Δημ.-
[- - - - - - - - - - - - - - : - - - - - 'Ο(?)]ῆθεν : Θεοκλ-
[ῆς - - - - - - - : - - - - - - - - 'Αναφ]λ̣ύστιος v̲v̲
[- - - - - - - - - - - - : - - - - - - - Σ]φήττιος· ἔ-
[δοξεν τῶι δήμωι· . . . . c. 8 . . .]τόρου Συ[β]-
[ρίδης εἶπεν· ἐπειδὴ . . . . c. 6 . .]λ̣εως . . .
- -

11 12. Vel Συ[π|αλήττιος εἶπεν· ἐπειδὴ c. 3]λ̣εως κτλ.

290. Fragmentum decreti, a. 324/3[a]. — Angulum superiorem a dextra stelae marm. c. aetomate, Agora inv. I 4071, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* X 1941, 49/50 n. 12, c. im. ph. Supplementa extentiora profert id., *The Athenian Year*, 1961, 104/5; nomen scribae ex Agora inv. I 5512, quem ed. Meritt, *Hesperia loc. cit.*, 42/9 n. 11 c. imm. ph., suppletum est.

De die quo lex lata est cf. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 57.

Στοιχ. 25.

['Επὶ 'Ηγησίου ἄρχοντος, ἐπ]ὶ τῆς Α-
[ἰαντίδος πέμπτης πρυτα]νείας
[ἧι Εὐφάνης Φρύνωνος 'Ραμ]ν̣ούσι-
[ος ἐγραμμάτευεν· Ποσιδε]ῶνος v̲
[τρίτηι μετ' εἰκάδας, μιᾶι κ]αὶ τρ-
[ιακοστῆι τῆς πρυτανείας· ἐ]κ̣κλ-
[ησία· -]

291. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — IG II² 362 supplementis novis auxit B. D. Meritt, *Hesperia* X 1941, 47, quae repetit id., *The Athenian Year*, 1961, 105. Cf. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 56.

Στοιχ. 28.

['Ε]φ' 'Ηγησίου ἄρχ[οντος, ἐπὶ τῆς 'Ακαμα]-
[ν]τίδος ἐνάτης [πρυτανείας ἧι Εὐφά]-
[νη]ς Φρύνωνος 'Ρ[αμνούσιος ἐγραμμά]-
[τ]ευε· Θαργηλ[ιῶνος ὀγδόηι ἐπὶ δέκα],

[ἐ]νάτει καὶ ε[ἰκοστεῖ τῆς πρυτανεία]-
[ς]· ἐκκλησί[α κυρία· τῶν προέδρων ἐπε]-
[ψ]ήφιζεν ----------
----

292. De symproedris(?), anni eiusdem. — IG II² 547. Textum meliorem protulerunt W. K. Pritchett et B. D. Meritt, *The Chronology of Hellenistic Athens*, 1940, 2/3, cuius vss. 1/5 denuo exhibet Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 105/6; cf. eundem, *Hesperia* X 1941, 44 adn. 1; Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 56.

De symproedris tractat Sterling Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 335/65, qui titulum hunc lectionibus aliquot novis auget 351; cf. quoque 339/40.

Στοιχ. 28.

['Εφ' 'Ηγησίου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς 'Ερεχθ]-
[εῖδος δεκάτης πρυτανεία]ς ἧ[ι Εὐφά]-
[νης Φρύνωνος 'Ραμνούσι]ος ἐγ[ραμμά]-
[τευεν· Θαργηλιῶνος] δευτέρα[ι μετ'ε]-
[ἰκάδας, πέμπτηι τῆς] πρυτανε[ίας· ἐκ]-
[κλησία· τῶν προέδρων] ἐπεψή[φιζεν.]-
[.....[13].....· συμ]πρόεδρ[οι ....]
[.....[12]..... Διον]ύσιος Κ[υδαθην]-
[αιεύς, ...[8]..... 'Εκαλ]ῆθε[ν, ...[7]...]
[.....[15]..... 'Αρ(?)]χῖν[ος .....[6]...]
.....[16].....ύς, 'Επ.....[8].....
.....[16].....ς 'Αλω[πεκῆθεν· Ⅴ]
[ἔδοξεν τῶι δήμωι· ...]πρ.....[9].....
[..... εἶπεν· .....]δρ.....[9].....
---------- ΑΙ .....[9].....
----------ντ.....[5]..
----------προε[δρ...]
----------προγραμ[μ..]
----------ιν καὶ τῆς ε..
----------αι τῆς περὶ..
[------ καθὰ ο]ἱ νόμοι αὐ[τῶ]-
[ι προσέταττον ---] ΑΙ....

8/11 et 15/16 secundum Dow, ceteros secundum Pritchett et Meritt transcripsimus. ‖ 8/9. Vel. Κ[υθήρρι|ος .....[11]..... κτλ.]. ‖ 15. Vel ΗΓ.

293. Fragmentum decreti, a. 324/3ª. — IG II² 454. In vs. 1 nomen Hegesiae archontis supplevit Sterling Dow apud B. D. Meritt, *AJP* LIX 1938, 499, et in vs. 3 ἕκ]τει maluerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 56. De nomine scribae cf. 290 supra.

Quibus supplementis in unum contractis textum versuum 1/4 exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 106. Textum totum praebet Sterling Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 350, qui finem vs. 9 lectione meliore auget.

Στοιχ. 38.

['Εφ' 'Ηγησίου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς 'Ερε]χθηΐδος δεκάτ-
[ης πρυτανείας ἧι Εὐφάνης Φρύνων]ος 'Ραμνούσιο-
[ς ἐγραμμάτευεν· Σκιροφοριῶνος ἕκ]τει μετ' εἰκά-
[δας· ἐκκλησία· τῶν προέδρων ἐπεψήφι]ζεν Χαρίδη-
[μος --------- συμπρόεδροι ------]ος 'Αλαιε-
[ύς, --------- --------, ---------]ς Φρεάρ-
[ριος, --------- --------, ------ Λακ]ιάδης, Ξ-
---------- Καλλ-
[---------- ἔδοξεν τῶι δήμωι· ----- Θ(?)]ηρι-
[36] .....οι
[37] .....ρ

294. Lapyris Cleonaeus honoratur, a. 323/2ª. — IG II² 365. Nomen scribae ad fin. vs. 2 supplendum 'Αρχίας non Εὐκλῆς esse e n. 298 infra, vs. 3, hausit E. Schweigert, *Hesperia* IX 1940, 338/9. Vss. 1/4 de die mensis prytaniaeque exhibent W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 57; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 106.

295. De Phocensibus, anni eiusdem. — IG II² 367. In vs. 3 'Αρχίας non Εὐκλῆς supplendus est; vid. tit. praecedentem. De die mensis in vs. 5 supplendo disputaverunt rei epigraphicae peritissimi. ὀγδόηι ἐπὶ δέκα praebuit IG II²: ἕκτει φθίνοντος esse malendum iudicaverunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 57, qui annum intercalarem fuisse contenderunt: B. D. Meritt denique, *op. cit.*, 107, ut qui annum ordinarium fuisse urgeat, ἑνάτηι ἐπὶ δέκα profert.

296. Theophanti proxenia, anni eiusdem. — IG II² 368, vss. 19/24: cf. n. 280 supra. In vs. 20 nomen scribae huius anni Archiam (vid. n. 294 supra) in textum suum adfert B. D. Meritt, *op. cit.*, 107/8, qui in vss. 21/3 Ποσι δεῶνος] δευτ[έραι ἱσταμένου ἐμβολίμωι, ὀ γδόει τῆ]ς π[ρυτανείας supplet: δευτ[έραι ἐπὶ δέκα, ὀγδοίηι καὶ δε κάτηι τῆ]ς π[ρυτανείας exhibuerat IG II²: δευτ[έραι φθίνοντος, μιᾶι καὶ εἰκ οστῆι τῆ]ς π[ρυτανείας protulerant W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 57, qui de opinionibus priorum breviter disseruerunt.

297. Euphronis Sicyonii honores, anni eiusdem. — IG II² 448, vss. 1/34: cf. n. 317 infra. In vs. 3 [Ἀρ]χί[ας] pro [Εὐ]κλ[ῆς] legendus est; vid. n. 294 supra. Ceterum tamen vss. 1/5 secundum IG II² exhibet B. D. Meritt, *op. cit.*, 108, qui in vs. 4 lapidem denuo perscrutatus ἕκ[τηι vidit (ἕκτ[ηι IG II²). De lectione in IG II² exhibita iam dubitaverant W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 57/9, qui editiones priores animadverterunt et ipsi ἕ[νει καὶ νέαι, ν̲ κτλ.] protulerunt. Nunc vero lapidem ipse quoque revisit Pritchett, et de *kappa* illo vocabuli ἕκτηι ita disceptationis pleno valde dubitandum esse iterat, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 285/6.

De anno hoc cf. etiam C. W. Fornara, *Classical Journal* LVII 1961/2, 370/1.

---

298. Honores Bosporanorum quorundam, a. 323/2*a*. — IG II² 369. Fragmenta quinque in agora reperta, Inv. nn. 4935 et 4935*b*/*e*, titulo huic addidit E. Schweigert, *Hesperia* VIII 1939, 27/30 n. 7, c. imm. ph. fragmentorum omnium. Postea IG II² 414, frag. *b* et *c*, et fragmenta etiam tria in agora reperta, Inv. nn. 2752, 5496, 4935*f*, stelae eidem attribuit et titulum totum denuo ed., *Hesperia* IX 1940, 335/9 n. 42, c. imm. ph. fragmentorum novorum.

Decretum de Paerisade I, Bosporanorum rege, agere urget J. B. Brashinsky, КРАТКИЕ СООБЩЕНИЯ О ДОКЛАДАХ И ПОЛЕВЫХ ИССЛЕДОВАНИЯХ ИНСТИТУТА МАТЕРИАЛЬНОЙ КУЛЬТУРЫ, АКАДЕМИЯ НАУК СССР, 74, 1959, 3/8, c. im. ph. et del. fragmenti *f* (vid. infra) fig. 2, qui ad textum nonnihil conicit. Infeliciter tamen accidit ut editionem primam a Schweigert prolatam tantum cognovisset, et textum editionis alterius praetermiserit. Cf. J. et L. Robert, *REG* LXXV 1962, 146/7 n. 108, qui eodem modo editionem correctam ignoraverunt.

Titulum eundem breviter commemoravit M. Rostovtzeff, *The Social and Economic History of the Hellenistic World*, 1941, III, 1627 adn. 189.

Textum non antehac in *Supplemento* comprehensum occasionem nacti nunc exhibendum esse constituimus: fragmenta ita a Schweigert sunt ordinata —

a = I 4935*e*	*g* = I 5496
b = IG II² 369	*h* = I 4935*f*
c = I 4935*b*	*i* = I 2752
d = I 4935	*j* = IG II² 414*c*
e = I 4935*c*	*k* = IG II² 414*b*
f = I 4935*d*	

Fragmenta *c* et *j* coniungi possunt. De IG II² 414 frag. *a* vid. n. 276 supra.

Στοιχ. 28.

(*a*). Θ ε [ο] ί. (*b*), (*i*).

Ἐπὶ Κη[φισοδ]ώρου [ἄρχοντος, ἐπὶ] τῆς

[Ο]ἰνεῖ[δος ὀγ]δόης [πρυτανείας ἧ]ι Ἀρ-
[χίας Πυθοδώρου Ἀλωπεκῆθεν ἐγρ]ạ[μ]-
[μάτευεν .....[21].....]

lacuna

(*c*). [.....[10]..... Ἀθ]ηṿ[αί]ων κα.....[8]..... (*j*).
.....[11]..... ὅ τι δ[ύ]ναντ[αι ἀγαθὸν]
[δημοσίαι τε κ]αὶ ἰδ[ί]αι τ[οῖς τε ἀφικ]-
[νουμένοις εἰ]ς Βόσπορο[ν, ἐπαινέσα]-
[ι δὲ καὶ ..... κ]αὶ Ἀστυμ.....[9].....
[καὶ .....[9].....] Πολ[υ]σθέṿ.....[8].....
[.....[7]..... καὶ στ]εφ[αν]ῶ[σαι ἕκαστον]
[τούτων χρυσῶι] σ[τεφάνωι .....[8].....]

lacuna

(*d*). [.. ἐπιδέδω]ḳεν τῶ[ι δήμωι XXX μεδίμ]-
[νους πυρῶν(?)] ḳαὶ νῦν [ἐπιδέδωκεν εἰς]
[τὸν πόλεμον] τῶι δή[μωι .....[10].....],
[δεδόχθαι τῶι] δήμω[ι ἐπαινέσαι ...]
[.....[7]..... Δημη]τρίο[υ εὐνοίας ἕνεκα]
[καὶ φιλοτιμί]ας τ[ῆς εἰς τὸν δῆμον τ]-
[ὸν Ἀθηναίων κ]αὶ στ[εφανῶσαι αὐτὸν]
[χρυσῶι στεφά]ṇωṇ [ἀπὸ --- δραχμῶν]

lacuna

(*e*). ....ω.....[23].....
....επ.....[22].....
....τε.....[22].....
....λε.....[22].....

lacuna

(*f*). [.....[27].....,δ]-
[οῦναι δὲ περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον τοὺς]
[πρυτ]άνει[ς τῆς Οἰνεῖδος εἰς τὴν πρ]-
[ώτην] ἐκκλ[ησίαν .....[15].....]
...ạιος ę.....[20].....
... προγ.....[21].....
....ονα.....[21].....
---

lacuna

(*g*). ----------ι----------
---------εστ----------

35 ----------ου----------
--------- *vacat* ----------
----------ρ----------

lacuna

(*h*). ----------η...
----------αιει..
40 [---------- α]ὐτῶν.
[---------- σ]τρατ-
[---------- ὅ]πως ἂ-
[ν ---------- τ]ὴν ἐ-
[κκλησίαν ----------]ο̣λ̣

lacuna

45 [.... Ἀ]θηναι.....[18].....
(*k*). [κεχ]ειροτο[νημέν.....[11]..... Ἀ]-
[θηναί]ων εἰδό[τες ὅτι.....[11].....]
[.. τὰς] δωρεὰς κ.....[16].....
.....[5]..ου ἐκ τῶν .....[16].....
50 .....[5]..αι αὐτοι .....[16].....
[.. δημ]όσιον αν.....[16].....
[. γρα]φομένας .....[17]..... .
.....[5]..α καὶ το.....[17].....
.....[5]..ας τῆς .....[18].....
55 [.... τῶ]ι δή[μωι .....[16].....]

299. Foedus inter Athenienses Aetolosque pactum, a. 323/2[a]. — IG II² 370. Lapidem angulum superiorem a sinistra stelae praebere notat F. W. Mitchel, *Phoenix* XVIII 1964, 13/17, monente A. E. Raubitschek, et idcirco lectionem tituli meliorem profert. De occasione foederis etiam pauca disserit.

Αἰτωλ[ῶν καὶ Ἀθηναίων]
φιλία [καὶ συμμαχία].

300. Honores Lyco---, a. 322/1[a]. — IG II² 372 et 289 stelae eidem attribuit E. Schweigert, *Hesperia* VIII 1939, 173/5 n. 4, c. imm. ph. fig. 3/4. Vss. 4/6 nuper supplevit B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 110/11, W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 59/60, secutus, quamvis propositionem suam non maluerint ipsi.

Decretum hoc inter titulos quorum auctor erat Demades ordinat A. N. Oikonomides, Πλάτων VIII 1956, 116 n. 11.

Στοιχ. 27.

(*a*). [Ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς]
[...ντίδος ὀγ]δό[ης πρυτανείας ἧι]
[Εὐθυγένης Ἡφ]αισ[τοδήμου Κηφισι]-
[εὺς ἐγραμμάτ]ευε[ν· Ἐλαφηβολιῶνο]-
[ς τρίτει ἐπὶ] δέκα, [ὀγδόηι τῆς πρυτ]-
[ανέας· ἐκκλ]ησία [ἐν Διονύσου· τῶν π]-
[ροέδρων ἐ]πεψήφ[ισεν ..[10]..]
..[7]..ς· ἔδοξ[εν τῶι δήμωι· *vacat*]
[Δημάδη]ς Δημέ[ου Παιανιεὺς εἶπεν]·
[ἐπειδὴ Λ]υκο..[17]..

lacuna

(*b*). ..[23]..ιος Σ-
[..[9]..πρόξενον καὶ εὐ]εργέτ-
[ην αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκγόνου]ς τοῦ δή-
[μου τοῦ Ἀθηναίων, ⏑ εἶναι] δὲ αὐτῶι
[ἔγκτησιν γῆς καὶ οἰκία]ς. *vacat*
..[19]..ο[. Ἀ]ζηνιε-
[ὺς εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα καθά]πε[ρ] τεῖ βο-
[υλεῖ, τὸν δὲ γραμματέα τ]ῆς βουλῆς
[ἀναγράψαι ἐν ἀκροπόλε]ι τόδε τὸ ψ-
[ήφισμα ἐστήλει λιθίνε]ι δέ[κ]α ἡμε-
[ρῶν καὶ στῆσαι τέλεσι τ]οῖς Νικα .
---------- ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏑

Frag. *a* = IG II² 372, frag. *b* = IG II² 280. ‖ 4 o. Ἐλαφηβολιῶνο]ς ἑνάτηι ἐπὶ] δέκα, [ἕκτηι τῆς πρυτα]νείας· κτλ. Schweigert.

301. Evenoris Acarnanis honores, a. 322/1[a]. — IG II² 373. vss. 18/19. Lapicidam in die vel mensis vel prytaniae inscribendo erravisse consenserant priores; vid. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 41, qui ipsi, *ibid.* 60, aut Θαργηλιῶνος ⟨δωδεκάτηι⟩ aut τρίτει ⟨ἐπὶ δέκα⟩ τῆς πρυτανείας re vera scribendum fuisse crediderunt. Errorem in apographo scribae ΔΔΙΙΙ pro ΔΓΙΙΙ proponit B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 111/12, qui ideo ⟨ὀγδόει ἐπὶ δέκα⟩ τῆς πρυτανείας mavult. De titulo hoc cf. IG IX² 1, fasc. 2, xviii, 79/89.

302. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — IG II² 375. vss. 5/6. De die prytaniae hoc loco supplendo disputaverunt doctissimi, quorum opiniones exscribere debuimus. Supplementum non tentavit IG II²: [πέμπ τηι κ]αὶ τριακοστῆι protulerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 60: pro [ἑβδόμηι κ]αὶ τριακοστῆι contendit B. D. Meritt, *op. cit.*, 111. Θαργηλιῶνος pro Σκιροφοριῶνος scriptum esse consentiunt omnes.

303. Fragmentum decreti, a. 321/20ª. — Partem stelae marm. a dextra integram sed alibi fractam, Agora inv. I 6496, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XXX 1961, 289/92 n. 184, c. im. ph. pl. 59. Nomen scribae (vss. 4/5) et demoticum oratoris (vs. 9) suppl. Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 44/5; cf. eundem, *Hesperia* XXXII 1963, 344/5; B. D. Meritt, *ibid.* 430/1. De IG II² 378, quem anno eidem attribuit Dow (contra, Meritt), vid. n. 353 infra.

Στοιχ. 33.

[Θ ε] ο ί.
['Αναγραφεὺς Θρασ]υκλῆς Ναυσικράτου[ς] Θ[ρ]-
[ιάσιος· ἐπὶ 'Αρχίππ]ου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Λ[ε]-
[ωντίδος πέμπτης π]ρυτανείας ἧι Σωκράτ[η]-
[ς Εὐμάχου Εὐπυρί]δης ἐγραμμάτευεν· Μαι[μ]-
[ακτηριῶνος ἕνει] καὶ νέαι, πέμπτει τῆς [πρ]-
[υτανείας· ἐκκλησ]ία· τ[ῶ]ν προέδρων ἐ[πεψήφ]-
[ιζεν ...[7]... Παλ]ληνεύς· ἔδοξεν τ[ῶι δήμω]-
[ι·.....[13].....]ήλου Πό[ριος εἶπεν· ----]
.....[14].....μου τ----------
.....[14].....ιδη----------
.....[15].....|----------

9. Vel Πο[τάμιος εἶπεν· ----] Dow. || De anno Archippi cf. etiam Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 112/13, 134, 231, et n. 304 infra.

304. De Dolopibus, anni eiusdem. — IG II² 546. Anno Archippi attribuerunt et vss. 1/6 suppleverunt W. K. Pritchett et B. D. Meritt, *The Chronology of Hellenistic Athens*, 1940, 6; cf. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 112/13. In vs. 1 nomen Thrasyclis esse supplendum, coll. n. 303 supra, monet id., *Hesperia* XXX 1961, 290. Cf. Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 44/5. Quo suppleto vss. 1/6 infra exhibemus. De symproedris (vss. 6/10) etiam agit Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 351 (cf. 335/65).

['Αναγραφεὺς Θρασυκλῆς Ναυσικράτους Θριάσιος].

anaglyphum

['Επὶ 'Αρχίππ]ου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆ[ς .....[11].....] Στοιχ. 36.
[.....[6]..... πρυτ]ανείας ἧι 'Αριστ.....[13].....
[.... ἐγραμμ]άτευε· δεκάτει ὑ[στέραι .....[7].....]
.....[11]..... καὶ δεκάτει τῆ[ς πρυτανείας· τῶ]-
[ν προέδρων ἐπ]εψήφιζεν Φανο.....[13].....
κτλ.

305. Fragmentum decreti, a. 320/19ª. — IG II² 383*b* (Addenda p. 660). Prytaniam decimam, mensemque Thargelionem fuisse volu-

erunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 62; lapidem denuo perscrutatus, prytaniam tertiam mensemque Boedromionem maluit B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 113/17, qui novum textum infra exhibitum praebet. Spatium sine littera in vs. 4 a Meritt relictum reicit Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 60/7, qui de ratione textuum supplendorum disserit, et ad spatia ita vacua exempla colligit (cf. n. 279 supra). Ille quoque prytaniam Pandionidis decimam fuisse urget; cf. 45/7, ubi de anagrapheo Archedico agit et decreta anni eius ordinat.

Eodem modo spatium in vs. 4 vacuum reprehendit Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 375.

Rem denuo suscipit Meritt, *Hesperia* XXXII 1963, 425/38, ubi de anno Neaechmi archontis extentius tractat et de hoc titulo praecipue 432/4 agit; argumenta a Dow allata reicit, et textum suum praeferendum esse iterum asseverat.

Titulum hunc inter decreta a Demade oratore suasa comprehendit A. N. Oikonomides, Πλάτων VIII 1956, 119 n. 14.

Στοιχ. 25 (*vss. 3 et sqq.*)

[Ἀναγ]ραφεὺ[ς Ἀρχέδικος Ναυκρίτου Λαμπτρεύς].
Θ ε [ο ί].
Ἐπὶ Νεαίχμ[ου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς]
Πανδιονίδ[ος τρίτης ϛ πρυτανε]-
ίας ἧι Στρατ[ωνίδης Παιανιεὺς]
ἐγραμμάτευ[εν· δευτέραι φθίνο]-
ντος, δε[κ]άτη[ι τῆς πρυτανείας· ἐ]-
κκλησία· τῶν π[ροέδρων ἐπεψήφι]-
ζεν Τελέσιππ[ος ....ˣ....· ἔδοξ]-
εν τεῖ βουλε[ῖ καὶ τῶι δήμωι· Δημ]-
άδης Δημέ[ου Παιανιεὺς εἶπεν· ἐ]-
πειδὴ οἱ ----------
ΓΟΥ ----------

De anno hoc cf. etiam G. Klaffenbach, *Gnomon* XXI 1949, 135.

306. Honores Nicostrati, a. 320/19[a]. — Fragmenta duo inter se coniuncta stelae marm., Agora inv. I 5626, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* XIII 1944, 234/41 n. 6, c. im. ph.; cf. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 61/2. Eo tempore lapidem ipsum non perscrutari potuit Meritt, sed postea lectione meliore editionem priorem correxit et textum praeferendum praebuit, *The Athenian Year*, 1961, 119/20.

Primae editionis textus quattuor (quorum tres reiecerat ipse Meritt) editionemque quintam nuper prolatam examinavit Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 67/75, qui ceteris sepositis textum suum

protulit. Textum (quintum) a Meritt editum reprehendit quoque W. K. Pritchett, *Ancient Athenian Calendars on Stone*, 1963, 376/7.

Ita impulsus in titulum hunc cura intentissima incubuit Meritt, *Hesperia* XXXII 1963, 425/32, ubi textum (quintum) leviter correxit et conatum suum novum (septimum) profert. Illum ideo infra exhibemus, addito textu versuum 1/8 a Dow elaborato.

Quod decretum hoc quoque movit Demades, vid. A. N. Oikonomides, Πλάτων VIII 1956, 118/19 n. 13.

(*a*). Meritt (vii), 1963.

Στοιχ. 36 (*vss. 2 et sqq.*).

[Νικόστρατος --]λωνος Φιλ[ιππεύς(?)].
['Επὶ Νεαίχμου ἄρχοντος], ἀναγραφέω[ς δ' 'Αρχεδί]-
[κου τοῦ Ναυκρίτου Λαμπ]τρέως, ἐπὶ τῆ[ς Οἰνεῖδ]-
[ος ἕκτης πρυτανείας ἧι . .]νων 'Οῆθ(εν) ἐγραμ[μάτε]-
[υεν· Γαμηλιῶνος δεκάτηι ἱσ]ταμένου, τετ[άρτηι]
[καὶ εἰκοστῆι τῆς πρυτανεί]ας· ἐκκλησί[α· τῶν π]-
[ροέδρων ἐπεψήφιζεν . . . .]οφῶν Στει[ρι(εύς)· ἔδοξ]-
[εν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι]· Δημάδης Δη[μέου Π]-
[αιανιεὺς εἶπεν· ν̲ ἐπειδὴ Νι]κόστρατο[ς . . . . .]
----------τε τῶν ἐς Σ. . . . . .
---------- 'Αθηναίων μη. . . .
----------τοὺς ἐπιβουλ. . .
---------- 'Αθηναι. . . . .
[----------γυναι]ξὶ καὶ παι[σὶν]
----------ε . ὁ μέλλων Λ. . .
[----------κα]ταληφθῆναι . . .
----------ων καὶ διΛ . . . . .
----------ν αὐτὸν 'Αθ[ηναῖ]-
[ον---------ἐπίστατ(?)]αι ὁ δῆμος ὁ ['Αθη]-
[ναίων----------]ο πλέον τ. . . .
----------ι μετ. . . .
----------τα . . . . .
----------ι . . . . .

(*b*). Dow (vi), 1963.

Στοιχ. 35 (*nisi vss.* 1, 3, 5).

[Νικόστρατος . . . .]λωνος Φιλ[ιππεύς(?)].
['Επὶ Νεαίχμου ἄρχοντος], ἀναγραφέω[ς 'Αρχεδί]-
[κου τοῦ Ναυκρίτου Λαμπ]τρέως, ἐπὶ τῆ[ς Οἰνεῖδ]-
[ος ἕκτης πρυτανείας ἧι . .]νων 'Οῆθ(εν) ἐγραμ[μάτ]-
[ευεν· Γαμηλιῶνος ἕκτηι ἱσ]ταμένου, τετ[άρτηι]

[καὶ εἰκοστῆι τῆς πρυτανεί]ας· ἐκκλησί[α· τῶν]
[προέδρων ἐπεψήφιζεν . . . .]οφῶν Στει[ρ(ιεύς)· ἔδοξ]-
[εν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι]· κτλ.

Ut disputationis descriptionem quam accuratissimam prae manu habeat lector, textum quintum quem anno 1961 protulerat Meritt, nunc tamen ab eo summotum, hac in adnotatione subiungimus

(c). Meritt (v), 1961, vss. 2-9

Στοιχ. 38.

'Επὶ Νεαίχμου ἄρχοντος, ἐπ' ἀναγραφέως δὲ 'Αρχεν-
δίκου τοῦ Ναυκρίτου Λαμπ τρέως, ἐπὶ τῆς Οἰνεῖν-
δος ὀγδόης πρυτανείας ἦι . . . νων 'Οῆθ(εν) ἐγραμ μάτευ-
ευεν· Μουνιχιῶνος ὀγδόηι ἱσ ταμένου, τετ άρτηι,
καὶ τριακοστῆι τῆς πρυτανεί ας· ἐκκλησί α κυρί-
ία· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν 'Ι οφῶν Στει ρ(ιεύς) καὶ συν-
υμπρόεδροι· ἔδοξεν τῶι δήμωι· Δημάδης Δη μέου Κ
Παιανιεύς εἶπεν· ΥΥ ἐπειδὴ . . κόστρατος . . [5]
κτλ.

307. De agoranomorum officiis, a. 320/19[a]. — IG II² 380 (cf. addenda p. 660); *Syll.*³ 313. Inter decreta quae apud populum movit Demades orator notissimus ordinat A. N. Oikonomides, Πλάτων VIII 1956, 117/18 n. 12, qui vss. 40/4 lectionibus supplementisque novis auget, quae exhibemus. Cf. eund., Λεξικὸ Κοινωνικῶν 'Επιστημῶν, s.v. 'Επιγραφική, p. 2507; *The Two Agoras in Ancient Athens*, 1964, 102 n. 105.

Vss. 1/6 exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 113. De decretis huius anni vid. etiam Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 45/7.

Στοιχ. 31.

ἐὰν δέ τις] τούτων τι ποεῖ, ἐὰμ μ-
[ὲν δοῦλος, δεδέσθω καὶ λ]αμ[βαν]έτω Ⓟ πλ-
[ηγὰς ἐν τῶι κύφωνι αὖθις, ἐὰν] δ'[ἐλε]ύθερ-
[ος, οἱ ἀγορανόμοι: Δ : δραχμα]ῖς αὐτῶι, ⟨Ι⟩ε[ρ]-
[οποιοῖς ἀποδοσίμοις, ζημιούτ]ωσαν.
[27] . . . . . ον . .

43 Lap ΑΥΤΩΙΕ.

308. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — IG II² 382 (cf. addenda p. 660). In vs. 1 [Θε]ο[ῖ] esse legendum monet Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 46. Vss. 1/7 exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 118.

309. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — IG II² 384. Vs. 1 in corona superiore dispicit Sterling Dow, *loc. cit.*, et tituli lectione certiore aucti textum huius modi proponit.

Θ [ε ο ί].
['Α]ναγρ[αφεὺς 'Αρχέδικος Ναυκρίτο]- Στοιχ.
[υ] Λαμπ[τρεύς· ἐπὶ Νεαίχμου ἄρχοντο]-
[ς, ἑ]πὶ [τῆς --------- πρυτανείας]
[ἧι ---------- ἐγραμμάτευεν· κτλ.]

310. Aenetus Rhodius civitate donatur, a. 319/18[a]. — Stelam marm. tantum non integram c. aetomate, Agora inv. I 5454, ed. E. Schweigert, *Hesperia* IX 1940, 345/8 n. 44, c. im. ph. De vss. 4/7 praecipue egerunt W. K. Pritchett, *Hesperia* X 1941, 269; Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 63; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 121/2.

Ex hoc titulo demoticum anagraphei huius anni tandem pro certo haberi potuit, et in nn. 313 et 315 infra idcirco erat supplendum. Cf. Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 47/51.

Textum non antehac in *Supplemento* nostro comprehensum exhibere constituimus.

Στοιχ. 28 (*vss.* 4/5,7/9).
Στοιχ. 29 (*vss.* 6, 11/43).

Θεοί.

Πολιτεία Αἰνήτωι 'Ροδίωι·
'Αναγραφεὺς Εὔκαδμος 'Ανακαιεύς· ν
'Επὶ 'Απολλοδώρου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς
. . .ντίδος τετάρτης πρυτανείας· Μ-
[αιμακ]τηριῶνος ἑνδεκάτει, μιᾶι καὶ
[εἰκοσ]τεῖ τῆς πρυτανείας· ἐκκλησί-
[α κυρία]· τῶμ προέδρων ἐπεψήφιζεν Ε-
...[6]... 'Αλαιεύς· ἔδοξεν τῆι βουλῆι
[καὶ τῶι] δήμωι. *vacat*
[....οκρ]άτης Κτήσωνος ἐκ Κεραμέων
[εἶπεν· ἀγ]αθῆι τύχηι τῆς βουλῆς καὶ τ-
[οῦ δήμου] τοῦ 'Αθηναίων, ἐπειδὴ Αἰνητ-
[ος Δαήμο]νος 'Ρόδιος πρότερόν τε διε-
[τέλει τ]ὰ βέ[λτι]στ[α] ἐπιτηδε[ύ]ων 'Αθήν-
[ησιν ἀ]ποδημήσας τε μετ' 'Αλεξάνδρου
το[ῦ β]ασιλέως εἰς τὴν 'Ασίαν διεπολέ-
μησε τὸν πόλεμον καλῶς καὶ ἐνδό[ξως]
καὶ διὰ τὰς εὐερ⟨γ⟩εσ[ίας ....[10]....]
ΔΟΜΗ.Α.ΤΟΗΚΟΙ ....[8].... ἐπήινε[σέ]-
ν τε καὶ ἐστεφά[νωσεν ....[12]....]
.α τούτου περι .θ....[15]....

ου π [7] τ̣..υ̣ [15]
τοῦ δ[ήμου τοῦ Ἀθηναίων, δεδόχθαι τῆ]-
ι βουλῆ[ι τοὺς προέδρους οἳ ἂν λάχωσ]-
ι προεδ[ρεύειν ἐν τῆι πρώτηι ἐκκλησ]-
ί[α]ι χ[ρηματίσαι περὶ [12]]
Ι̣ΤΙ̣ΜΝ̣Ο̣Ν̣..Υ̣.., γν̣ώ̣μ̣η̣ν̣ [δὲ ξυμβάλλεσ]-
θαι τῆς [β]ουλῆς εἰς τὸν δῆμον ὅ[τι] δ̣ο̣κ̣-
εῖ τῆι β[ο]υλῆι ἐπαινέσαι Αἴν[η]τον Δα-
ήμονος [Ῥ]όδιον καὶ στεφανῶσαι χρυσ-
ῶι στεφ[ά]νωι ἀπὸ: Χ: δραχμῶν ἀρετῆς
ἕνεκα κα̣ὶ εὐνοίας τῆς περὶ τὸν δῆμο-
ν τὸν Ἀθ[η]ναίων, εἶναι δὲ Αἴνητον Δαή-
μονος Ἀ[θ]ηναῖον αὐ̣τὸγ καὶ ἐγγόνους
καὶ γράψασθαι αὐτὸν φυλῆς καὶ δήμο-
υ καὶ φρατρίας ἧς ἂν βούληται κατ[ὰ τ]-
ὸν νόμον, τοὺς δὲ πρυτάνεις δοῦν[αι π]-
ερὶ αὐτοῦ τὴμ ψῆφον εἰς τὴμ π[ρώτην ἐ]-
κκλησίαν ὅπως ἂν καὶ οἱ ἄλλ[οι πάντε]-
[ς] φιλοτιμῶνται ποεῖν ἀγ[αθὸν ὅ τι ἂν]
[ἕκαστ]ος δύνηται τὸν [δῆμον· ἀναγράψ]-
αι [δ]ὲ τόδε τ[ὸ ψ]ή̣φ̣ι̣σ̣[μα ἐν στήληι .....]
---

6 7. Ita Meritt, ex. im. ph.; approbat Dow: κα [ὶ Schweigert. || 19. Quod in lapide exstat non communicavit Schweigert neque in im. ph. dispicere possumus.

311. Civitas Amynt(ae?), a. 319/18ᵃ. — IG II² 386 (cf. add. p. 660), cui fragmentum EM n. 12564 addidit A. Wilhelm, *Abh. Akad. Berlin* 1939 (xxii), 22/3. Cf. W. B. Dinsmoor, *The Archons of Athens*, 1931, 22; W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 63; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 122. Textum indagavit Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 47/9.

Στοιχ. 29.

Θεοί.
[Π]ο̣λ̣ιτεί̣α Ἀμυντ [c. 8] ...
Ἐ[π]ὶ Ἀπολλ̣οδώρου [ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Α]-
[ἰγ]ε̣ῖ⟨δ⟩ος ἕκτης π[ρυτανείας· γραμματ]-
[εὺς] Λ̣..ι[------, ἀναγραφεὺς ----]
---

4. Lap. Ε̣ΙΑΟΣ. || 5. Δωσί[θεος ----] Wilhelm, Δ̣ωσ̣ί[θεος ----] Meritt dubitat Dow, qui quod scripsimus exhibet.

312. Honores Apol----, anni eiusdem. — Fragmenta duo inter se coniuncta stelae marm., Agora inv. I 3878, ed. M. Crosby, *Hesperia* VII 1938, 476/9 n. 31, c. im. ph. Cf. W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 63; B. D. Meritt, *op. cit.*, 122; Sterling Dow, *loc. cit.*, 49, qui textum in vss. 6/7 leviter corrigit. Vss. 1/6 exhibet Meritt.

Στοιχ. 26.

['Επὶ 'Απο]λλοδ[ώρ]ου ἄρχοντος, ἐπ[ὶ τ]-
[ῆς 'Αντι]οχί[δος ἑ]βδόμης πρυτα[νε]-
[ίας καὶ ἀναγραφέ]ως Εὐκάδμου 'Α[ν]-
[ακαι]έως· 'Ελαφ[ηβο]λιῶνος δωδεκ[ά]-
τει, τετάρτει [καὶ τ]ριακοστεῖ τ[ῆ]-
ς πρυτανείας· ἐ[κκ]λ[η]σία κατὰ ψ[ήφ]-
ισμα βουλῆς· τῶν προ[έ]δρων ἐπε[ψή]-
φισζεν 'Αμφίλοχος Ζυπετα[ι]ών· [ἔδ]-
οξεν τεῖ βουλῆι καὶ τῶι δ[ήμωι· ΥΥ]
Τηλοκλῆς Τηλεγνώτο[υ] 'Αλ[ωπεκῆθ]-
εν εἶπεν· ἐπειδὴ 'Απολ[...7... ἔν]
τε τῶι ἔμπροσσθεν χ[ρόνωι διετέ]-
λει εὔνους ὢν τῶι δή[μωι τῶι 'Αθην]-
αίων καὶ τὰς στρατ[είας ἁπάσας ἐ]-
στράτευται καὶ τ[ὰς εἰσφορὰς εἰ]-
σενήνοχεν ὅσας ἀ[πήιτει ὁ δῆμος],
καὶ νῦν οἰκεῖος [ὢν τῶν ἐλθόντων]
μετὰ Πρωτέου [...7... καὶ ....ο]-
υ τοῦ ὑοῦ αὐτ[οῦ καλῶς καὶ φιλοτί]-
μως ἀπ----------
---

313. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — IG II² 388. In vs. 2 demoticum ['Ανακαιέως e n. 310 supra supplendum est.

De vss. 5/6 cf. M. Crosby, *loc. cit.*, 479, quam secuti sunt W. B. Dinsmoor, *The Athenian Archon List in the light of recent discoveries*, 1939, 34 adn. 62; W. K. Pritchett, *Hesperia* X 1941, 269; Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 63; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 122/5, qui vss. 1/6 exhibet. Lapicida, ut videtur, 'Ελαφηβολιῶνος scripsit cum Μουνιχιῶνος erat scribendum. δωδεκάτει, ἐνάτει]| καὶ εἰκοστεῖ suppl. Crosby, Meritt: δωδεκάτει, ὀγδόηι]| καὶ εἰκοστεῖ maluerunt Pritchett et Neugebauer.

Cf. Sterling Dow, *HSCP* LXVII 1963, 49.

314. De Sonici et Euclis civitate, anni eiusdem. — IG II² 387. In vs. 2 δεκά]της legit M. Crosby, *loc. cit.*, 478, quam secuti sunt Prit-

chett et Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 63; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 123, qui vss. 1/4 exhibet.

Vss. 1/2 Στοιχ. 21 et vss. 3/16 Στοιχ. 23 esse notat Sterling Dow, qui de lectionibus breviter disserit, *HSCP* LXVII 1963, 49/50.

315. Fragmentum decreti, a. 319/18[a]. — IG II² 390. In vs. 2 demoticum Ἀνακαιέως e n. 310 supra supplendum est.

Vss. 3/5. Οἰνηΐδος | δε]κάτης πρ[υτανείας, ᾗ Σκιροφοριῶνος τε||τρά]δι ----- supplevit W. B. Dinsmoor, *The Archons of Athens*, 1931, 21/2, quem secuti sunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 63; B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 123, qui textum exhibet.

De modo magistratuum in vss. 2/3 nominandorum praecipue agit Sterling Dow, *loc. cit.*, 50/1.

316. Fragmentum decreti, anni eiusdem. — Fragmentum stelae marm. undique mutilum, Agora inv. I 5655, ed. W. K. Pritchett, *Hesperia* X 1941, 268/70 n. 69, c. im. ph. Vid. Pritchett et O. Neugebauer, *op. cit.*, 64; B. D. Meritt, *op. cit.*, 124, qui vss. 1/5 exhibet.

Στοιχ. 30.

['Επ' 'Απολλοδώρου ἄρχοντος, ἀναγραφέω]-
[ς δὲ Εὐκάδμ]ου 'Αν[ακ]αέω[ς, ἐπὶ τῆς Οἰνεῖ]-
[δος δεκάτ]ης πρυτανεία[ς, Σκιροφοριῶ]-
[νος ἕνε]ι καὶ νέαι, πέντ[ει καὶ τριακο]-
[στεῖ τῆ]ς πρυτανείας· ἐκ[κλησία· τῶν προ]-
[έδρων ἐ]πεψήφιζεν 'Επι[.....][12] ...
[.... καὶ συμπ]ρόεδρο[ι· .....[12].....]
---

317. Euphronis Sicyonii honores, a. 318/17[a]. — IG II² 448, vss. 35/8, exhibet B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 126, et de eisdem et modo diei supplendi plenius tractat 55/8. Supplementa ad vss. 37/8 qualia protulerunt editores infra ordinamus.

Μαιμακτηριῶνος [ἕνει καὶ νέαι, πέν]|ντει καὶ τριακοστεῖ τῆς πρυτανεί-
α[ς· κτλ.] IG II².

Μαιμακτηριῶνος [ἕκτει ἐπὶ δέκα, πέν]|ντει καὶ ⟨εἰ⟩κοστεῖ τῆς πρυτανεί-
α[ς· κτλ.] W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 64 (cf. 41).

Μαιμακτηριῶνος ἕ[κτει ⟨μετ'⟩ εἰκάδας, πέμ]|ντει καὶ τριακοστεῖ τῆς πρυ-
τανεία[ς· κτλ.] mavult Meritt, qui tamen haesitanter ε[ἰκάδι ἕκτει, πέμ]|ντει κτλ. quoque profert.

318. Honores Hermo--- Heracleotae, anni eiusdem. — IG II² 535. Frustulum hoc titulo eidem ac fragmenta tria inedita, EM n. 2537 (angulum superiorem a sinistra stelae), Agora inv. I 4772a (undique nisi partim a sinistra mutilum) et I 4772b (undique nisi partim a dextra mutilum) attribuit et textum totum ed. E. Schweigert, *Hesperia* VIII 1939, 30/4 n. 8, c. imm. ph. fragmentorum novorum. Fr. *a* = EM 2537 cum I 4772a coniunctum; fr. *b* = I 4772b; fr. *c* = IG II² 535. Cf. A. E. Raubitschek, *TAPA* LXXVI 1945, 105/7.

De vss. 5/6 disputaverunt doctissimi, ut in adnotatione commemoravimus.

Στοιχ. 23.

(*a*). Ἐπὶ Ἀρχίππ̣[ου ἄρχοντος, ἐπὶ τ]-
ῆς Κεκροπίδ̣[ος ἕκτης ν̲ν̲ πρυταν]-
έας ἦι Θ̣[έ]ρ̣[σιππος Ἱππο...5...]
[. Κ]ολλ̣υ[τ]ε[ὺς ἐγραμμάτευε· Γα]-
μηλι[ῶνο]ς [ὀγδόει ἐπὶ δέκα, ἔκ]-
[τ]ε̣ι καὶ δε[κάτει τῆς πρυτανε]-
[ίας· ἐκ]κ̣λ̣[ησία· τῶν προέδρων ἐ]-
[πε]ψήφιζ[ε .....15.....]·
ἔδοξεν τῶ̣[ι δήμωι· .....8..... Π]-
[ο]λυκρίτο[υ .....9..... εἶπεν]·
ἐπειδὴ Ἑρμ[ο.....7..... ἐν τῶι ἔ]-
[μ]προσσθεν [χρόνωι διατετέλ]-
εκε εὔνου[ς ὢν τῶι δήμωι τῶι Ἀ]-
θηναίων, κ[αὶ νῦν .....10.....]
[Ἀ]θ̣[η]ναῖον .....15.....
.....6.....ηρ̣.....15.....

lacuna

(*b*). .....18.....1....
[.....14..... καὶ] χρήσ̣ι[μ]-
[ον αὐτὸν παρέσχηκ]ε τοῖς ἐκ .
[.....13..... κο]μ[ι]ζομεν̣.
[.....13..... ἐπ]ανγέλλε[τ]-
[αι .....10..... βού]ληται ποε-
[ῖν(?) .....14.....]ν̣ην [κ]αὶ ε-
.....16.....ν, δεδόχθ-
[αι τῶι δήμωι ἐπαινέ]σαι Ἑρμο-
[.....14..... Ἡρ]ᾳκ[λ]⟨ε⟩ώτη-
[ν καὶ στεφανῶσαι αὐ]τ̣ὸν θαλ[λ]-
[οῦ στεφάνωι· εἶναι δ]ὲ Ἑρμο..
[.....12..... τοῦ δ]ήμου τ[οῦ]

30 [Ἀθηναίων ⁸ .]αυ̣.....

lacuna

(*c*). [---------- ε]-
[ἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν δοῦναι τ]-
[ὸ]ν τ[αμίαν τοῦ δήμου Δ δραχμὰ]-
[ς] ἐκ τῶ[ν κατὰ ψηφίσματα ἀναλ]-
35 ι̣σκομέ[νων τῶι δήμωι. *vacat*]

4 7. Γα|μηλι|ῶ ν̣ο̣ς ἕ̣νει καὶ νέαι, πέμπ|τ|ε̣ι καὶ δε|κάτει τῆς πρυτανε|ίας· κτλ.] Schweigert: Γα|μηλι|ῶ ν̣ο̣ς ἕ̣κτει ἐπὶ δέκα, τρί|τ|ει καὶ δε|κάτει τῆς πρυτανε|ίας· κτλ.] W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 65. Quod scripsimus lapide reviso urget B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 126. |

26. Lap., ut ex im. ph. apparet, ΑΚ . ΙΩΤΗ. | Fragmenta *a* et *b* in usum catalogi nominum aetatis imperii Romani sunt refecta, quare difficilior lectu, sed non evanidus, factus est titulus anterior. | Textum secundum Schweigert plerumque exhibuimus; vid. tamen Raubitschek, *loc. cit.*

319. Electi quidam e tribu Cecropide honorantur, a. 318/17ᵃ. — Angulum superiorem a sinistra stelae marm., Agora inv. I 559, ed. J. H. Oliver, *Hesperia* IV 1935, 35/7 n. 5, c. im. ph. Vss. 1/2 supplementis novis auxerunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 65, quos nisi in numero diei prytaniae supplendo secutus est B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 127.

Στοιχ. 89.

Ἐπὶ Ἀρχίππου ἄρχοντος, [ἐπὶ τῆς Κεκροπίδος ἕκτης πρυτανείας
ἦι Θέρσιππος Ἱππο...⁶... Κολλυτεὺς ἐγραμμάν̲ν̲]-
τευεν· Γαμηλιῶνος ἕνει [καὶ νέαι, ὀγδόει καὶ εἰκοστεῖ τῆς πρυτανέας·
ἐκκλησία κυρία· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν]
Γλαύκιππος Δεκελεεὺς [καὶ συμπρόεδροι· ἔδοξεν τῶι δήμωι·---
------- εἶπεν· ἐπειδὴ]
[ο]ἱ ἐπίλεκτοι Κεκροπίδο[ς ----------]
5 [αὐ]τὸν ἀπέκτειναν, τ[ο]ὺς δ̣ὲ̣ ----------
[.. α]ὐτοὺς ἐπήινεσεν κα[ὶ ----------]
[ἅπαντα]ς τοὺς παραγεν[ομένους ἐπιλέκτους, δεδόχθαι τῶι δήμωι
ἐπαινέσαι τοὺς ἐπιλέκτους Κεκροπίδος ἀρετῆς]
[ἕνεκα καὶ] εὐνοίας τῆς [εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ----------]
...⁸... ΙΔΩ̣Ν, δοῦνα̣ι δ[ὲ ----------]
10 ...⁹... ΚΑ̣..Ο----------
...⁹... Ι̣Λ̣----------
---

1 2. |ἐπὶ τῆς ----- ἑβδόμης πρυτανείας ἦι Θέρσιππος Ἱπποθέρσους Ἀχαρνεὺς ἐγραμμά|τευεν· Γαμηλιῶνος ἕνει [καὶ νέαι, ὀγδόει τῆς πρυτανείας· ἐκκλησία κυρία ἐν Διονύσου· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν ν̲] Oliver quod scripsimus exhibet Meritt, item Pritchett et Neugebauer nisi quod in vs. 2 ἕκτει καὶ εἰκοστῆι τῆς πρυτανείας protulerunt.

320. Epidamnii et Apolloniatae quorundam honores, a. 318/17ª. — IG II² 350. Vss. 1/17 coll. titulis praecedentibus supplevit E. Schweigert, *Hesperia* VIII 1939, 33. Novum versum 1 suppleverunt (unde numeri versuum ceterorum sunt emendandi) et supplementa versuum 4/5 paullum mutaverunt W. K. Pritchett et O. Neugebauer, *Calendars of Athens*, 1947, 65/6. Vid. nunc B. D. Meritt, *The Athenian Year*, 1961, 127, qui vss. 1/6 exhibet.

Στοιχ. 26.

['Επὶ 'Αρχίππου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς.]-
[...δος ἑβδόμης πρυτανεί]α̣[ς ἧι Θ]-
[έρσιππος 'Ιππο...[6]... Κ]ολλυτε[ὺς ἐγρ]-
[αμμάτευε· 'Ανθεστ]ηριῶνος ἑ[βδόμ]-
[ει φθίνοντος, ἕκτ]ει καὶ δεκάτ[ει]
[τῆς πρυτανείας· ἐ]κκλησία ἐν Δι[ο]-
[νύσου· τῶν προέδρ]ων ἐπεψήφιζε[ν]
[.....[13].....ε]ύς· ν̲ Πολύευκτ[ο]-
[ς Σωστράτου Σφήτ]τιος εἶπεν· ἐπ[ε]-
[ιδὴ .....[10]..... 'Α]γῆνος 'Επιδάμ[ν]-
[ιος καὶ ...[6]... 'Ηγ]ελόχου 'Απολλ[ω]-
[νιάτης εὖνοί εἰσι]ν τῶι δήμωι τ[ῶ]-
[ι 'Αθηναίων καὶ ἐπι]μελοῦνται τ[ῶ]-
[ν ἀφικνουμένων 'Αθ]ήνηθεν καὶ π[έ]-
[ρυσιν .....[10].....] ἀνεδέξατο τ[ὸ]-
[ν πρεσβευτὴν(?) πεμφ]θέντα ὑπὸ 'Απ[ο]-
[λλωνιατῶν ἐπὶ τὰς] ναῦς τὰς 'Αθην-
[αίων κτλ.]

4/5. ἑ[νάτε||ι ἱσταμένου, τρίτ]ει καὶ δεκάτ[ει] Schweigert: ε....|| .....[14]..... ει καὶ δεκά[τει] IG II²: ἑ[νάτε||ι φθίνοντος, τρίτ]ει καὶ δεκάτ[ει] Pritchett et Neugebauer: quod scripsimus profert Meritt. || 8/9. Nomen, patronymicum, demoticum Polyeucti coll. IG II² 363 (n. 281 supra), vss. 8/9, et IG II² 368 (n. 280 supra), vs. 8, suppl. Schweigert, *loc. cit.*, 33/4.

321. Fragmentum decreti, a. 313/12ª. — IG II² 451. In vs. 5 ---ΟΣ^--- legit Sterling Dow, *Hesperia* XXXII 1963, 348, qui inter titulos nomina symproedrorum singillatim exhibentes hunc quoque instruit.

322. Fragmentum decreti, inter a. 336/5ª et 308/7ª. — IG II² 420 denuo considerat id., *loc. cit.*, 347/8, et inter titulos nomina symproedrorum exhibentes instruit. Vss. 3/6 nova lectione auget, reliquiis etiam versus septimi antea praetermissi additis. Vid. nuperrime B. D. Meritt, *AJP* LXXXV 1964, 304/6, de cuius textu in SEG XXII agemus.

Στοιχ. 50(?).

.....[39]. . . ει τῆς πρυτ[αν]-
[είας· τῶν προέδρων ἐπεψήφιζεν .[13] · συ]μπρόεδρ[οι .]-
[.....[38]..... Εὐ]ρυκράτ[ης . .]-
[.....[40]..... Θ]ε̣όμνη[στος]
.....[43].....σ[6]..

